



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1845

DCLXXII. Markgraf Ludwig befiehlt dem Greisse, Marschall des Grafen von
Henneberg, die Uckermark dazu anzuhalten, daß die den Herzogen von
Pommern die diesen zum Ersatze des bei ihren Feldzügen in die ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56193](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56193)

DCLXXII. Markgraf Ludwig befehlt dem Greiffe, Marschall des Grafen von Henneberg, die Ufermark dazu anzuhalten, daß sie den Herzogen von Pommern die diesen zum Ersatze des bei ihren Feldzügen in die Mark erlittenen Schadens angewiesene Summe Geldes entrichte, den 6. Februar. 1332.

Ludouicus, dei gratia Brandenburgensis et Lusatie Marchio, Comes Palatinus Rheni, Dux Bavarie, sacri imperii Archicamerarius, strenuo viro, dicto Griffe Marscalco spectabilis viri Berchtoldi Comitis de Henneberg, auunculi nostri carissimi, sibi dilecto, gratiam suam cum plenitudine omnis boni. Licet dudum vasallis, hominibus ceterisque ciuibus ac incolis circa Vkrum et ultra Oderam Marchie Brandenburgensis, ut illustribus Ottoni et Barnim, Ducibus Stetinensibus, auunculis nostris carissimis, de VI. milibus marcarum argenti, in quibus ipsis pro dampnis, que occasione nostri in expeditionibus Marchie susceperunt, tam de censibus nobis debitis, quam etiam de depactionibus per eos cum ipsis Ducibus factis, nostro nomine satisfacerent, strictius dederimus in mandatis; Ipsi tamen hoc hucusque absque causa rationabili facere distulerunt. Quocirca tibi tenore presentium districte precipimus et mandamus, quatenus vasallos, homines, ciues et incolas supra dictos diligenter admoneas, ut dictis Ducibus de pecunia satisfaciant supradicta: quod si non fecerint, firmissime tibi presentis tenore oraculi committimus, nichilominus arcius injungendo mandantes, ut ipsos per impignorationes et modis aliis, quibus poteris, ad hoc faciendum omni modo arceas et compellas, sicuti fauores nostros consequi volueris gratiosos, harum testimonio literarum. Datum in Franchenfurt, VI. die mensis Febr. anno domini millesimo trecentesimo tricesimo secundo.

Original im Geh. Kab.-Archive zu Berlin 420, 15. Abkriechhaft in Gercken's Cod. III, 93.

DCLXXIII. Markgraf Ludwig untersagt der Stadt Stendal, das Schloß Wolmerstedt dem Herzoge Otto von Braunschweig zu übergeben, am 6. Feb. 1332.

Ludouicus, dei gratia Brandenburgensis et Lusatie Marchio etc., uniuersis vasallis, hominibus, ceterisque incolis in Steintal, antique Marchie Brandenburgensis, fidelibus suis dilectis, salutem cum plenitudine omnis boni. Fidelitatis vestre constantiam ex eo illibatam agnouimus, quod (commoda) nostra ac Marchie adeo attenta sollicitudine promouetis. Perceptis namque vestris litteris, Illustrem Ottonem, Ducem Brunsvicensis, auunculum nostrum karissimum, seriosius requisuimus, ut de castro Wolmerstade nullatenus se intromittat, verum volumus ut idem castrum nostro nomine in vestra potestate et custodia teneatis, ipsum dicto Duci nullatenus submittentis. Et si ultra hoc prefatus Dux vos quouis modo infestare voluerit, hoc nobis celeriter intimetis et vos ab ejus infestationibus omnimode defendemus, tenentes pro firmo, quod locis et temporibus oportunis vos ob fidem,